



R.D. Iacobi Merchantii Vitis Florigera

Merchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

5. Pro Congregatione capitulari Canonicorum, unica. Obsecro ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, &c. Ephes. 4.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](#)

dem scilicet Dei, & in opus ministerii. Sic & in Angelica natura diversa Hierarchia, & diversi Chori unitatem constitutio in glorificatione Dei, sicut diverse chordae unam harmoniam in concerto musicum. Sic & globi celestes diversi sunt, & quolibet cursum suum peragunt, omnes etiam simul ad unius primi mobilis volutionem voluntur. Inde in elementis distinctione eorum, & quedam qualitatem diversitas facit concordiam mixtorum. Deinde siquies Apostolus membrorum similitudine uitatur, quae cum distinctione sunt & diversa, & diversis functionibus apta, unum naturale corpus constructum, & sub uno capite coordinantur in totius corporis communitatem & pulchritudinem. Propterea ergo dicit quod Deus dedit quoddam Apostolos, quoddam Prophetas, quoddam Evangelistas, Doctores, Pastores, in adificationem Corporis Christi. In adificationem scilicet Corporis Christi mystici, cuius corporis praecipua membra sunt Pastores & Sacerdotes. Hi enim sunt Oculi corporis hujus, & Lingua, & Dentes, & Aures, & bra praeceps. Manus, & Crura, & Pedes. Sunt Oculi, quia per illos videt, & sibi circumspicit. Sunt Lingua, quia per illos loquitur & docet. Sunt Dentes, quia per illos panem frangit, masticeat, & in Corpus trahit, ac ita os parvulum inserit. Sunt Aures, quia per eos audire, confessiones excipit & gemitus penitentium. Sunt Manus & Brachia, quia per illos operatur, & ministrat omnia necessaria. Sunt Crura, quia per illos totius corporis firmatas confidunt. Sunt Pedes, quia per illos ambulant, ut evangelicet pacem & salutem his qui longe sunt. Sed ornam multi inter hos non sunt membra idoli: Oculi non videntes, Aures non audientes: Lingue non loquentes: Manus non operantes: Pedes rotiosi & non ambulantes. De idolis nempe scriptum est: Oculi habent & non vident, Aures habent & non audient, Manus habent & non palpabunt, Pedes habent & non ambulabunt. Os habent & non loquuntur. Vtinam, inquam, hoc neutriquam in illis verificetur. Sed audio Prophetam de nonnullis conquecentem, & exalmantem: O Pastor & idolum! O quam verum est etiam modò illud de nonnullis Pastoribus functionibus suas negligentibus, nec spiritum vita habentibus, cum tamen velut coli & quasi adorari instar Idoli! Sed tu, o Christe, membra tua spiritu tuo vivifica, ut non Idoli membra arida & mortua, & per illa Ecclesiam tuam, Corpus tuum mysticum, vivifica perfice, & confunna. O Pastor bone, Pastor Pastorum, pacem illos, pacem per illos illuminata illos, ut sint oculi vividi & vigiles, illuminata membra per illos. Loquere illis, loquere per illos efficaciter, daque rectum sermonem in ore corum ex recto corde prodeuntem, & in aliorum corda fesse resumentem. Da ipsis virtutem operandi, ut non sine otiose manus, atque emunda manus illas ab operibus mortuis, ad servitudinem tibi Deo viventi, & viventium Deo. Da eis corporum & accensum spiritu zeli & servorum, ut officiis

Sed concludo, & extremum hoc verbo evangelico vos alloquor, o Pastores Gregis Domini! Sic luceat lux vestra eorum hominibus, ut glorificant Mat. 5. Patrem vestrum qui in celo est, videntes opera vestra bona. Ita eluceferet, quod datus estis à Deo in adificationem Corporis Christi. Alioquin, quae potest esse adificatione, dum frequenter Pastores certi remulcentur, aut compotationibus & commissationibus, aforis & ebrietati deditus? Quae potest esse adificatione, dum cernitur Pastor contentiosus, arrogans & superbus? Quae potest esse adificatione, dum cernitur Pastor totius mundanus, in verbis falax & impurus, in conversatione impudicus? Quae potest esse adificatione, dum audit avarus, congregare avidus, idoneus & sordidus? Quae potest esse adificatione, dum cernitur Pastor vindictus cupidus, impatiens, iracundus, in juramento & voces clamorosus pronus? Quae potest esse adificatione, dum cernitur Pastor ignorans & ignorans? Certe hic non est adificatione Corporis Christi ad quam vocati estis, sed potius illius destractio. Misera Sacerdotum conversatio, plebea Dominica fit miserabilis Eugenius, inquit mellifluous Bernardus. Itaque Fratres, triplex quia istud est mihi Deus, quomodo omnes vos cupiam in inscribendo Domini nostri Iesu Christi, per illa viscera obsecro & obtestor, ut adificetis Ecclesiam Dei, Corpus Christi, opere & sermone, exemplo & instructione, pietate & spiritu, charitate & puritate, vigilantiā & sollicitudine. Sic perficie Sanctos, si vos ipsos purgante, illuminante, perficie usque ad consummationem Sanctorum; sic opus & ministerium vestrum implete. Et hoc ore, ut charitatem vestram magis ac magis abunde inscientia, ut probetis potioris, ut sitis sinceri, & sine offensione, in diem Christi, repletis fructu justitiae per Iesum Christum in gloriam.

LECTIO V.

Thema. Offero, ut dignè ambuletis vocatione quæ Pro congregatione Capitulari

CVM mei sit muneris in hac Congregatione Canoniconum Capitulari pauca proponere, adhortacionis Explicatio gratia, de his quæ nostrum concernunt institutum tur hic & statum, quibus vose officiis & salubribus alio breviter quar verbis, quamvis his ex Apollolo Pauli deponit primaria pris. Offero vos, Fratres, in Domino ut digne ambulantem. **C**aletis vocatione, quæ vocati estis, cum omni humili, non ictus, manu illas ab operibus mortuis, ad servitudinem tibi Deo viventi, & viventium Deo. Da eis corporum & accensum spiritu zeli & servorum, ut officiis

22 3 fiscat

Corporis
Liquido
Pagi
dati in
admodum
nō capi
Christi

Multi Sa
cerdotum
funt mem
bra idoli.
Pf. 1. 13.

Zach. 1.1.

555

sicut vocati est in una p[ro]p[ter]e vocationis vestre. Apostoli p[ro]p[ter]e plenum zeli & charitatis sicut esse effundebat adhortans Ephecios. & in illis omnes erudiri fideles. Maxime autem nos his eruditri verbis debemus, qui supra Christianos plebeios & populares hoc eminentia habemus, quod Ecclesiastici & Canonici nominemur, de Clerico live de Sorte Domini consumerati; quodque plerique nostrum etiam Sacerdotali dignitate & Ordine sunt insigniti. Hi soli Tituli honorifici Ecclesiasticum, Canonicum Sacerdos, affirmat nos edocere valent, quae sit vocatione nostra, quod munus, quae obligatio, si illos pondere & scilicet Sanctuarium ac meritis nostris aequaliter expendere voluerimus.

Cur censeamus. Primum quid est quod de Sorte Domini mur de foro, si censemur ac Ecclesiastici vocemur? Certè non te Domini nomen istud accepimus, nisi quia obfite & Ecclesia, quio Domini sumus destinati, in Congregatione sacerdoti dicemur.

factam ad divinas laudes decantandas institutam cooperati & conjuncti. Quid significat nomen Ecclesie, nisi idem quod Congregatio sacra? Sic nomen Ecclesiastici autonomisticè & per excellen-tiam appropriatum est his qui ad functiones sacras destinati sunt, & in Sortem Domini speculatori vocati, ac à populo communii separati. Hi constituant nobiliter illam Reipublicæ partem Christianorum, quam Deus vocat suam Sortem & Hæreditatem, & cui etiam Deus debet Sors esse & Hæreditas. Interpretetur ergo nomen istud nostrum; sed & rem nomine illo indicatam aliisque enitamus, ne sit tunculus inanis, & nomen vacuum laudis, vacuum veritatis. Abit, ut simus similes vobis Apothecariis, que in sublimi loco posita titulos speciosi aromatum preciosorum & rariorum præseverant; ac inius vacua sunt, & quid continere deberent solùm indicant. Hoc ipsum illis contingit qui titulo gaudentes honorifico Ecclesiastici & Canonici, illo exolluntur; virtutibus autem virilo correspondentes in veritate carent, & rei per nomen suum significatae inanes sunt & vacui. Interim hi sine fructu existentes, inhant Ecclesiastici beneficii fructibus, ut opes colligant & honores; qui quidem fructu amari postmodum redduntur, & obstupesciunt eorum dentes velut uva acerba, dum exiguunt rationes vocationis suarum.

Gen. 34. Dolendum certe, quod non pauci inventantur Ecclesiastici & Canonici similes habitatoribus Sichem, de quibus scriptum est quod circumcisio nem admiserint sicut & Israëlitæ, ut de eorum bonis participarent; inquietant enim: Si circumcidamus mafiosos nostros, ritum gentis imitantes, nulli Ecclesiastici & Canonici similes habitatores parvanius, cum si statim suscepimus Ecclesiasticum, si vertice circumcisio de Clerico censemus, poterimus ad beneficia pinguis pertingere, & honorificum statim fovere, de Ecclesia redditibus participantes. Hierog[ra]m se circumcidunt crine, non ad refectionem per id significatam terrenorum,

aut ad eorum contemptum: sed potius ut ad illam viam libi stellant, Coronæ sunt & circumcisionis, l[ib]i vocationis parum memoris. Hi castrant se non propter regnum celorum, ut Eu[angel]i Evangelici, sed propter regnum terrenum. Hi non sunt vere de Israëli, hoc est de generatione quarentrum p[ro]p[ter]e faciem Domini, nec de Clero, sive de sorte Domini; sed de generatione quarentrum forte rem, & in ea felicitatem constitutuunt, quemque renunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Sicut ergo circumcisionis haud profuit Sichemitis, qui iubat Dei permissione, intercessione delecti sunt: sic nec bis proderit verticis circumcisionis, & statim Ecclesiastici assumptio, nisi ad mortem animæ, & decus æternum in tormentis: eruntque fructus quos collegunt, quasi ligia coacervata, quibus acriter in futuro puniantur, quia his fuerint abusus, nec secundum vocationis sue exigentiam impederint.

Sed de aliquot primaris & propriis munieribus Ecclesiastica & Canonicæ vocationis hic dicimus. Ac in primis notum est Ecclesiastice constitutio, factum prout nos obfringi ad officium laudes divinas, non obfringit solum privatum in domo, sed etiam publicè iuxta officium; censeri enim debemus de illis quibus Rex & dominus Propheta dicit: Cantate Domino canticum novum, vise: laus eius in Ecclesia Sanctorum. Letat[ur] Israël in eo p[ro]p[ter]e 1. Cantus qui fecit, & exultent filii Sion in Rego h[ab]lant nomem eius in cibis. Hoc ergo est primum munus canonice vocationis, Officii divini recitatio; ideoque omnino enitendum est, ut quæ debeat pietate & reverentia, cum interiori, tum exteriori peragatur: nam & ideo Officium divinum quecumque patet vel ipso hoc nomine nos monens, quomodo in illo nos gerere debeamus. Non iraque sufficit cursim vel perfunditorie vagamente illud persolvere, quandoquidem illud Apostoli à nobis implendum sit Oratione spiritu orabo & mente: Psallam spiritu, psallam & 1. Cantus psallite Deo nostro psalrite: psallite Regi nostro, psal[ite] Lumen sapientie. Ideo toties repetit psallite, quia psalmus non sufficit lingua & voce, sed & animo & corde. Oportet Regem nostrum, Deum nostrum, psal[lendo] collaudare, & laudando benedicere. In praefentia illius oportet psallendo stare, qui non solum seruat voces, sed & corda & renes; ideo nec Syllabæ obiter percurrentur, & syncopando, cursum & festine sunt pronunciandæ, nec cordebet à labiis longè est & vox. Ille profectò attendendus est qui est major omni laude, nec umquam longè est à nostro corde. Hic ubi urpsallamus ei sapienter, hoc est rapidè & scienter, sive cum scientia vocis, cum sapore devotionis, cum fructu suavi orationis. Quod explicans S. Bernardus, sic monet: Immolantes Holtiam laudis; jungsamus verbis sensum, & sensu jungamus affectum: hoc trademus mente, quod cantamus vocem.

Quod si pressius examinemus hoc Officium laudis

des cantandi divinas, Angelorum est Officium invenimus. Hi enim divinis laudis officiis sunt praecones. Ac recte de illis intelligitur illud, Super mar-
trostos Ierusalem constituti custodes, tota die & no-
te non sacebant laudare nomen Domini. Idem est
ad si diceret Dominus Ecclesie sua, que his nomi-
ni Ierusalem designatur: Vide quos Custodes, qua-
les Exequitores & Vigiles in muriis & turribus tuis
constituerim; tales nimur qui numquam ob-
dormiscent, nec sopore tuo tibi confusione ad-
ducantur: sed per vigili oculo hostes adventantes pro-
spicent, ut te protegant; simulque Regem tuum
te suum laudare non desinat nocte dicque sine ul-
la intermissione,

Angeli
perpetuo
Diem lan-
dantes Sa-
cerdotibus ini-
mitandi proponun-
tur.

An non hi Ecclesiæ Custodes & Vigiles. Ange-
lici sunt spiritus? An unquam hic celsant à divina
laude vel die vel nocte? Profectò hoc unicum est
corum negotivum, hoc totum otium, Dei enomia
celebrare. Hos ergo pro modulo nostro imitari
convenit, qui Choro fumus destinati, ut alterius
versibus & vocibus septies in die laudes per solvi-
mus, quali nocturnum diuernumque pensum. Quo-
cira Thomas à Kempis Vir pietissimus & sapien-
tissimus explicato quid hic Chorus & docens quo-
modo in eo conversandum sit, sic dicitur: Chorus
est Dei & Sanctorum Angelorum locus. Sicut Angeli
in Celo, sic ministri ordinarii sunt in Choro. Opus
Angelorum est semper Deum laudare: opus Ca-
nonicorum est intenta mente psaltere & orare. Ego
ergo in Choro quasi in medio Angelorum, & cum
quibus psallio in terru, spora te canunturum quan-
doque & in celo. Sic monebat Vir ille sa-
cros.

Sed & ulteriori consideratione dignus est,
cum divinas laudes persolvimus, id heri à nobis
torius Ecclesie nomine, totiusque populi Chris-
tiani, immò torius creaturæ, que si vocem habe-
ret, optaret ejus laudes semper annunciare. Supple-
mus quoque laudem illam quam ei denegant In-
fideles, Hæretici, Reprobi. Malæ dictiones voces
qua in eum intorquent compensamus hæc fre-
quenti laude. Hæc igitur vocatio nostra, hoc mu-
nus Ecclesiasticum & Canonicum, cui fideliter debemus incumbere, non præcipitanter non aridè,
non torpidè; quandoquidem in conspectu Dei &
Angelorum, in oculis Iudicis & Vindictis omnia in
contemplatione peragatur, & ex spiritu torius Eccle-
siae debet peragi. Videndum ergo ne in illud Pro-
phetæ incurramus: Maledictus qui facit opus Dei
negligenter. Videndum, inquam, ne pri benedictio-
ne maledictione reportemus, quia hoc est Opus
Dei & Beatitude Dei qui si cum negligetu pe-
ragitur, maledictione nos obnoxios reddit. Alio
Loco habet: Maledictus qui facit Opus Dei fra-
duleto. Profectò si non omnibus officiis divina, ut
par est, Deum quodammodo fraudamus laude, An-
gelos exultatione, Ecclesiam devotione, nos ipsos
fructu, beneficiorum Fundatores piâ intentione,
Patrimonium Crucifixi suo fine: ideo non mirum

si hoc in caput nostrum revolvatur, & nos involvat
maledictione.

Secundum munus Canonice vocacionis est va-
care lectioni sacrorum librorum, & à negotiis se-
cularibus se subtrahere. Etenim nos concernit il-
lud Apostoli: Attende lectioni & doctrinae illud quo-
que: Nemo militans Deo implicatus se secularibus ne-
gotiis, ut ei placeat cui se probavit. Quantum ad do-
ctrinam & lectionem sacram illa necessaria, tum
in ordine ad directionem propriam, tum ad con-
silio etiam alii dandum, tum ad spiritum pie-
tatis fovendum. Hinc & Canonici nuncupamus,
quod Legum & Canonum periti esse debeamus,
& illorum observationem proficeri. Revera ob-
seruationem Ecclesiasticorum Virorum, & ob ne-
glectam disciplinam à Canonibus prescriptam
in Clero & Collegiis Canonicalibus multa prodie-
re mala, multaque hæreses quoq; Ecclesiam dive-
xarunt, atque etiam modò diverxerunt. Etenim hæ-
retici involarunt beneficia & censum Ecclesiaz, il-
laq; impetrarunt à Principibus jam eorum doctrin-
a corrisptis, assertores eos qui de Clero erant illis
indignos esse ob imperitiam, ob vitam pravam,
ob disciplinam neglectam & pietatem contem-
ptam. Interpretentur ergo Canonici hoc nomine *Nomen*
suum & videant an vocacione & nomini corre-
spondenter se gerant; an Canonum lectioni & ob quid à suis
servationi scelus addicant, an salutis & pietatis sciencia exigat,
tiam scelerantur; an non potius otio scelus dedant & in-
erig, quoq; multorum malorum secunda. Mater est
& Noverca Virtus. Quasi non sit à nobis stricta
ratio exigenda temporis, in nefcio quoq; illud dif-
fluere promittimus. Quare monet nos S. Ambro-
sius: Cur non illa tempora quibus ab Ecclesia vacas,
lectioni impendas? Cur non Christum tunc audiias?
Illiū aliquid, cùm oramus: Illū audimus,
cùm divina legimus oracula. Quid nobis cum fabulis
Ministerium altari Christi non hominibus deferendū accepimus. Hæc S. Ambrosius, à nobis attente
audiens. Sic & olim monebat Radulphus Vir
pietate & doctrinæ spectabilis Decanus Tongren-
sis libro de Observat. Prop. 8. Omnes Ecclesiastici ad
librum Psalmorum per diligens studiam merito se de-
bent transferre, ut ea que tenentur quotidie orare
& psallere, discant intelligere: & sic intelligendo ga-
steni interiori gaudi dulcedinem ipsum sapientie sa-
lutaris felicitatis libri laudis divina. Certè indig-
num est, quod Canonici quotidie scripturis sacris,
& Psalmis recitandis sint adfracti (nam Breviarium
Compendium est sacra Scriptura; & histio-
riarum Ecclesiasticarum) & tamen numquam vel
Interpretent aliquem saltem in Psalmos legerint,
vel eloquisi divinis saltu rudi modo intelligen-
dis operam dederint. Quasi hoc eos non concer-
net, malum tempus impenderet nonnulli vel
confabulationibus inanibus, vel sumoribus audi-
endis & vulgantibus, vel etiam aleis & taxillis lusi-
bus que chartaceis, vel detique commutationibus
& peculis, De quibus omnibus quietam exigemur

ratio-

*Patri fru-
tus sacre
testionis.*

rationem, quia tempus istud doctrinae vocationis nostram concernenti & libris sacris impendere debueramus. Hi enim libri, teste Thoma à Kempis, docent ignorantibus, arguant otiosos, excitant coruentes eximulant dormientes, corrigit errantes, erigunt coruentes, terrant ridentes, consolantur lugentes; laudant humiles, vituperant superbientes, confortant debiles, reprimunt praevalentes, mitigant turbatos, pacificant tristes, iustificant peccatores, damnant perversos. Illud quoque verum est quod ipse ait cap. 6. *Doctrinae juvenem:* *Ecclesiasticus sine libro, milles et sine armis, equus sine fratre, navis sine remo, vir sine aliis, viator sine baculo, cecus sine auro.*

*Clericorum
etiam est
negotii
seculari se
subrahere.*

*Quod vero scire a negotio seculi subrahere de-
bet, qui de Clero sunt, non solum Apostoli mo-
nitum est, qui Deo militantes illi soli jubet servi-
re cui se addixerunt, sicutique soli placere: sed etiam
subrahere, id ipsum Canones sanxere. Clericis negotiationem
interdicentes. Sed, heu! nonnulli hocce vero de
altari videntur facere mensas nummulariorum,
& de domo orationis domum negotiationis. Ita
enim lucro addisti sunt, & ad rem seculi attenti,
ut si Dominus rufsum adveniret in templum, e-
mentes & vendentes ejiciens, & mensas nummu-
lariorium evertens, hi de corum numero ejiciendi
essent. Ab altari argentum & aurum depromunt,
quibus non solum velles superflua, sed & domos,
& agros, & vineas, & hereditates libicoe servent.*

*Multi cle-
riconum
imitantur
Giezi fa-
mulum.*

Tertium

*vocationis nostrae munus est in con-
scientiae omnimoda puritate Deo servire, & bono
exempli omnibus esse, ut Christi bonus odor simus
in omni loco. Hoc & vocatio Ecclesiastica, & Ca-
menus est, nonnulli, & Sacerdotialis, five facri ordinis, a no-
bis exposcit. Cum ergo plerique nostrum vel sacer-
dotio vel ordine sacri insigniti sint, obligationem
nisi odor in illam puritatem expandant, cum qua sacrosanctis
omni loco, mysteriis assistere debent & participare; attem-
pant quid Deo, quid sibi, quid proximo debeant:
Deo honore & gloria, sibi conscientiae pura-
testimonium, proximo boni odoris prouent exemplum. Quocirca illud Apostoli ruminent: Non
in commissationibus & ebrietatibus, non in cubili-
bus & impudicitibus, non in contentionibus & emula-
tione, sed in diuinum Dominum Iesum Christum. Fu-
gienda computationes & symposia ad ebrieta-
tem viam sternentia, quae cum crapula generant
mentis corporisque habitudinem, officio & mi-
nistério nostro sanè quam perniciosa. Illa enim
aggravat carnem ampliata mentem, distrahit animum,
evacuat devotionem, opprimit pietatem, deject cor, nec illud ad celestia erigi permitit;
totum denique corruptit hominem interiorem &
exterioriem. Qui igitur vult digna ambulare voca-*

*tione sua, fugiat ebrietatem, fugiat aforiam, crapa-
lam fugiat, quae spiritum sanctum fugat, scilicet a
pesum, ait S. Basilius; & ministerium nostrum
decurpar, noxia animo & corpori, ac scandalum
plebi. Agnoscamus nos ministros Christi, non Ce-
revis non Bacchi.*

Sed & maxime statum Canonicalem & Sac-
erdotalalem dedecorat inconcinentia macula, & ur-
gentatio suspitioni obnoxia. Super pellicum can-
didum quod quotidie gestamus, numquid cali-
monia purpurea conversationis nos admonet? Er-
clego omnis conversatio formicæ sexus suspecta vel
in domo vel foris cayenda penitus; quia Ecclesia-
stico statu & Canonico horum maculam in-
spexit difficillime elundam. Si opus est mulieris
ope ad ministerium domesticum, sic castitatis pro-
barat, sic vestis provehet, sic conversationis nullo
modo suspecta.

Adverte S. Chrysologus serm. 18, quod in domo
Petri ministrabat fratrem Christo & Petro, sed sa-
minia jam annus, & ipsa quidem Petri soerus. Nulla
ibi nitidula famula, aut calamifera vernala. Au-
diamus verba ipsa Chrysologi, dicenit ait: Et pe-
tri & Christi mulier agebat obsequio, & mulie-
ris proverbe etatis, summa senectus. Sic in domo
Petri non erat vernala; ideoque facta in Petri san-
sur, ut ministret. Docentur itaque Ecclesiastich, ut
in suo famulatu non inventari adolescentula,
nulla vel foemina quam non commendet senectus
vel etas profecta, ne forte muculam aliquam con-
trahat in conscientia, aut certe in fama. Sicut soli-
liciti sumus non candida & in ea nostra vestis Can-
onicis, quam in officiis decantandis gerimus, lab-
contrahat aut fecitatem; sic multo magis advigi-
landum nobis est, ne candor castimonia, ne fama,
inficiatur vel periclitetur in aliorum saltim opio-
ne. Illud ergo remorandum cerebris. O ignis in-
ternalis luxuria, cuius materia gala, enjus flam-
ma superbia, cuius scintilla prava colloquia, cuius
cincta immunditia, cuius fauna infamia, cuius finis
gehenna! Quartum vocationis nostre munus est, que
sinceram charitatem sovere, & vinculo vera pacis manu
sece colligare. Hoc est quod dignanter expedit A-
postolus, qui cum humilitatem & mansuetudinem
commendat, addit: *Cum patientia superantes
invicem solliciti servare unitatem spiritu in vin-
culis pacis. Unum corpus, & unus spiritus, sicut ro-
cati efficiunt unaesse vocationis regere. Si hoc omnes
concernit fideles, quantum magis speciales & pri-
mariorum Ecclesiarum Filios in unum Canonicum Col-
legium colligatos, quasi Fratres & Alumni ejusdem
familiae, ejusdem Patrimonii Crucifixi participes,
ejusdemque Corporis membra. Debetem ergo his
omnibus titulis eodem spiritu in charitate vera
animari, unanimique confensu ferri ad ea quae
concerant gloriam & obsequium Dei, uno hu-
moro ei servire, uno ore eum benedicere, uno cor-
de eum diligere, & omnes nos in illo. Non inique
decet invicem dissidere, non invidere, non irasci,*

non mordeat, non verbis acerbioribus aut detractionis consumere. Sed sicut se mutuo juvant membra ejusdem corporis, & sibi vicissim vel compatrium vel congarulantur, sic & convenient ut nobis mutuo consiliostimus & auxilio, alter alterius opera portantes; & si quae quandoque offendentes, infirmitates, imperfectiones occurrant, cum patientia & lenitate sufferendas sunt, exhortando nos ad meliora & perfectiones, attendendo illud Apollonis: Non in contentione & amalatione, sed in induimenti Dominum Iesum Christum.

Revera Dominus Iesus Christus, qui ubiq: nobis ut exemplum & forma virtutis proponitur, cuius omnis agio nostra est instructio, nihil ita commendavit suis Discipulis & Collegiis, ac dilectionem mutuam pacemque. Illam vivens proprio ore sapientiam inculcavit, illam mortis testamentum illis legavit: Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis; in hæreditatem feliciter & patrimonium, non more parentum huius aevi, qui saepè in hæreditate lites relinquunt inter fratres. Pro illa quoque impetranda ipsis, Patrem orabat paulo antequam ipse transiret ad Patrem, oboz rogans ipsis unum esset: Ecce coram ipsis mea servit, hoc fore symbolum quod vere discipuli essent, si sese invicem diligenter, non carnali solum affectione & amicitia, que in pociis aut aliis corporalibus obsequiis quandoque cernuntur, sed solida charitatis dilectione, in Deum & salutem mundum ordinata. Itaque quandoquidem nos in eodem Collegio colligati Canonice vivere profitemur, & discipulorum Christi locum renemus, formamque vivendi ab eis & in eis habemus, hoc monicum sacrum, hoc legatum preciosum pacis & dilectionis non negligamus. Contentioseque omnes, quas & Dominus furtum irrepenetes in Collegium Apostolicum eliminavit, plane & nos in horre manus ut possimus dicere cum Apostolo: Si quis autem vult contentiofus esse, nos talem conseruandinem non habemus, nec Ecclesia Dei. Procul ergo à nostro collegio Chorizæ, sive hi qui sunt de contradictione chore, tumultuariori, litigiosi, contentiosi, siveque scel & alios turbidi involventes. De his loqui videtur S. Iudas in epistola sua dicens: Hi sunt murmuratores, querulæ, secundum desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superba. Quare concluso: cum Apostolo: De cetero fratres.

Philip. Quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, Quæcumque justa, quæcumque sancta, Quæcumque amabilia, quæcumque bona famæ. Si qua virtus, si qua laus disciplina, Hæc cogitate, hæc agite: Et Deus pacis erit vobiscum.

Vita florigeria.

LECTIO VI.

Thema. Provideat Dominus Deus spiritum omnis carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc, In electio-
ne alicujus posse intrare, & exire antea eos, & educere eos prelati,
vel introducere. Num. 27.

Convenit Reverendi ac Venerabilis Domini, ut vivis sublato, & viam universæ carnis in regno, Radmodum Viro. N. Prælatorum seu Decano vestro, Sufficiatis in ipsius locum aliquem è gremio canonica ac sancta electione. Profecto negotiorum istud non exigui censendum est momenti, sicut in lance & pondere Sanctuariorum expendatur. Neque enim parum difficile est, ut Pastor Pastori bus, Archipresbyter Presbyteris, Superiori cui capit idoneum Sacerdotibus, tamquam electis membris praeficiatur. Et ut verbis S. Leonis utar: si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus prævidenter curandum est, ut in domo Dei nihil inordinatum sit, niente diff. &c. Mirabiliter prepostorum: quanto magis laborandum, ne in electione eius quæ superalios gradus constitutasur. Mirabilem est, nam totius familie Domini statua & ordo nitabat, si quod requiritur in corpore, non inventari in capite.

Merito itaque ad Tabernaculum Domini accessitū consultantes coram sacratissima ejus Arca & Propriatorio, Numen scilicet, propitium ac spiritum ejus implorantes, ut quod gloriae sua laetique plebium ac Pastorum convenire novit, in spiritu. Nam & ad oīum Tabernaculi Moyse jussit. Num. 27, in Domini convocavit sepraginta seniores, qui Sacerdotum typum gerebant; ut spiritu Domini illis participarent. Atque in rebus diibuis illas semper Moyse recurrerit exemplum præval dabo tribus prebentibus, ut cum foris ambigant quid disponant, semper quasi ad tabernaculum Dei redeant, ait S. Gregorius in Pastorali,

Nec solum exemplum Moyesis & Seniorum, sed etiam Christi & Apostolorum, hoc in re tenemus, Christus enim electurus ex discipulis suis illos quo Apostolos nominavit (id est Miles ad cooperacionem operis ipsi à Patre commissi) in montem conscedit oraturus: Et erat pernoctans in oratione Luc. 6, Dei, inquit Evangelista; hoc est in oratione divina, ardente, longa & præcessa. Sic Cedri & Montes Dei in sacris litteris dicuntur Cedri & Montes præcessi & præminentia. Quare autem erat pernoctans Ambrosius in oratione Dei? Audi S. Ambrosum: Species Luce 6, tibi datuæ forma præscribitur, dum aliquid pietatis officium vis adorari. Sic & Apostoli Collegani sibi electuri orationem præmitunt: Tu Domine qui A. 5, nospi corda omnium, ostende ex his iunctum quem elegeras, accipere locum ministerii huius, &c.

Et nos igitur cum Moyse, cum Senioribus, cum Christo, cum Apostolis præmissa oratione, præmissio divinissimo sacrificio supplices precaver, ut divinum beneplacitum implacatur, & dici-

aaa

mus: